

PROGRAMM

des

Königl. und Stadt-Gymnasiums zu Cöslin,

womit zu der

öffentlichen Prüfung und Schlussfeier,

welche

den 16ten, 18ten und 19ten April

veranstaltet werden sollen,

ehrerbietigst einladet

TH. ADLER, Director.

Inhalt:

COESLIN, 1859.
Gedruckt bei A. L. Budack.



PROGRAMM

[illegible]

Königl. und Stadt-Gymnasiums zu Cöslin,

[illegible]

öffentlichen Prüfung und Schulfeier,

[illegible]

den 17ten, 18ten und 19ten April

[illegible]

Dr. ADLER, Director.

[illegible]

CÖSLIN, 1849.

[illegible]

Inter curas proximo tempore in Aeschyli tragoediis positas Hermanni editio principem locum obtinet. Quae et nova codicum collatione et multorum virorum doctorum lucubrationibus nixa summi tragicorum Graecorum emendationem multum provexit ac paene absolvit. Multi loci, quorum emendationem antea desperabat, nunc audaci quidem sed ingeniosa ratione emendati prostant. Sed haud scio an nimia saepius facilitate a codicum auctoritate recesserit. Sic synizesi adhibita vulgaris lectio saepius servari potest, nec raro magis sanae interpretationi quam procaci correctioni locus videtur. Quam sententiam quum ex Aeschyli studiis repetiverim, ne extremae quidem Hermanni curae labefactare potuerunt. Sic adhuc multi exstant loci, quos ne Hermannus quidem ita emendavit, ut in disceptationem vocari non possint nihilque reliqui sit, de quo quaeratur. Quos denuo examinare et retractare non irritus labor sit. Itaque Persarum tragoediae finem ex parte mihi sumsi explicandum et emendandum. In metris Hermannum plerumque secutus sum. Jam hoc critices et interpretationis rudimentum viris doctis offero, quod tantum abest, ut ad majora adspiraverit, quam quae pro virium imbecillitate, subsidiorum inopia, raro ac prope nullo otio potuerim, ut aequorum judicum venia quam maxime indigeat.

Vers. 855. Adjectivum *γηραιός*, quod servata antistr. lectione vulgari *πάντ᾽ ἐπεύθυνον* solummodo ferri posse videtur, doctissimos auctores invenit; unus Blomfieldius cum Pauwio *γεραιός* legendum atque in antistr. *πάντ᾽ εὔθυνον* corrigendum esse duxit. Vox *γηραιός* nihil aliud, nisi „senilis“ significat et apud alios et apud Aeschylum,*) et quod Schmitzius adnotationum programmati Saarbruecken. anni 1850 praemissarum scriptor contendit, adjectivum *γηραιός* esse venerabundum quum ob aetatem tum ob mores, nullis fultum est scriptorum Graecorum locis. Nostro igitur loco *γηραιός* non aptum est nec si quis hunc in modum explicet, ut eo Darii regis virtutes etiam magis efferri dicat, qui quamvis senex civitatem non solum servaverit sed etiam auxerit, quod contra Xerxes filius juvenili superbia exsultans omnia pessumdederit. Accedit, quod *γηραιός* plurimorum codd., inter eos M. auctoritate nititur; editt. autem principes, Aldina, quam Passovius tantum non adulatur, omnibus Persarum locis, Robortelliana plurimis iisque, ubi metrum non sinit, scripturam *γηραιός* praebentes nihil valent, una Turnebiana, quae *γηραιός* legit, contra codd. supra laudatos pugnare non potest. Quas ob

*) Ut Supplic. 590: *ἔδοξεν Ἀργείοισιν οὐ διχορρόπως, ἀλλ᾽ ὥστ᾽ ἀνηβῆσαί με γηραιᾷ φρενί.*

causas γεραιός in stropha et in antistropha quam lectionem cod. M. eraso υ praebet, ἐπέθυνον recipio. Sensus autem verbi ἐπιθύνω Hermanni conjectura νομίσματα pro νόμιμα τά accepta perfacilis est et lectione vulgari ἐπεύθυνον magis ad sententiarum nexum quadrat: „leges sive oppugnationes legitimae factae in omnia oppida irruebant. Idem schol. M. auctor legisse videtur, quum hac ratione locum explicet: καὶ ὡρμῶμεν κατὰ νενομισμένα ἔθη ταῖς πόλεσι ταῖς πορθουμέναις, οὐ τεμένη θεῶν πορθοῦντες, οὐ τάφους ἀνασπῶντες, ὡς Ξέρξης τολμήσας ἐποίησεν. Fere item Wellauerus quum hunc locum explicaverit, lectionem vulgatam ἐπεύθυνον servavit. Contra eos, qui conjectura ἐπέθυνον recepta nonnisi de expugnatione oppidorum agi dicunt mentione legum expugnata oppida regentium neglecta, optimo jure affirmare mihi videor, totum locum inde a vers. 858 de bellica tantum laude sub Darii regno parta verba facere. Prorsus aliter de hoc loco Hartungius, recentissimus Aeschyl. Persarum editor *), qui quomodo refellendus sit, vide ad vers. 858 et 859.

Vers. 856. Vox πανταρκής a Med. et Ald., exitu dorico ab aliis Mss. tradita quum multis aliis interpretibus tum Hermanno placuit, sed Hartungius in hac voce offendit, quum rex πανταρκής omnibus satisfaciens vel omnibus auxilians dici non possit, eamque ob causam Blomfieldii conjecturam παντάρχης exitu dorico scriptam recepit. At etiamsi concesserim, regem omnibus sufficientem vel opitulantem non valde placere, rex tamen, qui ab omnibus omnia pericula arceat propulsetque, „Allen ein Hort", ut Droysenius optime vertit, ejusmodi rex hoc loco non alienus est. Alio quidem graviore argumento, quod Hartungius neglexit, Blomfieldii conjecturam fulciri dicas, quod vulgata lectione πανταρκής retenta inter laudes de Dario praedicatas summa ejus amplissimaque potentia desiderari videatur, sed h. l. omnino Darii non potentia, sed quae bona, quam salutem quodque praesidium Persarum terrae praeter Xerxem praebuerit, describitur, ut etiam adjectiva ἀγαθός, ἀκάκας comprobant. Hartungio scilicet juxta παντάρχης ἀκάκας displicet; idcirco etiam ἀκάκας cum Blomfieldio conjectura in ἀκάμας mutavit. Iis de causis vulgatum πανταρκής cum Hermanno servo, nisi quod formam doricam πανταρκάς a Guelf. traditam propter alios h. l. dorismos anteposuerim. Restat turbatum metrum. Nam aut ex stropha aliquid eliminandum est aut in antistropha adjiciendum. Hartungius quum vocem ἄμαχος inanem perversamque variam lectionem habeat, prorsus ejicit et pro ἰσόθεος ut glossa ἰσοδαίμων jam vers. 626. lectam conjicit. Metrum quidem ita restituitur, sed non dederim Hartungio, ἄμαχος variam esse lectionem sensumque perversum exhibere, neque ἰσόθεος quidem subditivum est. Quum res ita se habeat, nec Δαρεῖος, quae Bothei est sententia, expungi possit, in antistropha post vocem ἀπαθεῖς dactylum excidisse cum Hermanno facio, quem Schwenckius εὔφρονας inserto non male restituit. Nam ἡμᾶς, in cod. R. B. lectum, quod Brunckius recepit, Passovius metri causa in ἡμέας distraxit, et languidum videtur, quum ex antecedentibus facile suppleri possit, neque quidquam aliud quam interpretationem esse Hermanno astipulor. Dindorfius pronomini ἡμᾶς simplicem notam „male" apposuit.

Vers. 858 et 859. Lectionem vulgarem εὐδοκίμου στρατιᾶς nec non schol. Med. comprobatam **) Hermannus in εὐδοκίμους στρατιάς mutasse sine justa causa videtur; recte enim Schuetzius monuit ἀποφαίνεσθαι passivam formam esse. Ἀπεφαινόμεθα igitur, ut Schmitzius explicat, posset esse: monstrabamur, speciosi, clari eramus, εὐδοκίμου στρατιᾶς, fortis exercitus causa, nisi genitivus εὐδοκίμου στρατιᾶς ab ἀπεφαινόμεθα pendens offenderet; nam quae attulit Schmitzius exempla

---

*) Aeschylos' Perser. Griech. mit metrischer Uebersetzung und prüfenden und erklärenden Anmerkungen v. Hartung. Leipzig 1853.

**) Schol. Med. ad h. l.: πρῶτα μὲν κατὰ πόλεμον διὰ στρατιᾶς εὐδοκιμοῦμεν.

αἰνεῖσθαί τινος, οἰκτείρεσθαί τινος, ὀλβίζεσθαί τινος, quum, quos apud scriptores reperiantur, non docuerit, in quaestionem vocari non possunt. Prorsus aliam rationem eamque simpliciorem genitivi *εὐδοκίμου στρατιᾶς* cum verbo *ἀποφαίνεσθαι* conjungendi quidam collegarum meorum doctissimus proposuit. Potest enim genitivus a verbo *ἀποφαίνεσθαι* pariter ac genitivus a verbo *εἶναι*, pendere, sensu nostra lingua expresso: gehören zu etwas, ita ut sententia loci nostri haec sit: illustris exercitus milites monstrabamur. At video, qui objiciant, chori personas, quum ex senibus terrae Persicae nobilissimis constet, non simpliciter milites nuncupari posse. At verbi *ἀποφαίνεσθαι* intellectus non simplex apparere est sed monstrari, praedicari, celebrari. Ita, quod in vulgata loci explicatione desideratur, arcta cum strophae imprimis cum voce *πολισσονόμου* conjunctio, restituitur; nam quum *βιοτὴ πολισσονόμος*, ut Hartungius recte monet, neque urbem regens neque urbana vita esse possit, sed politica, quae dicitur, qua cives civitatis magnitudine ac salute impertiti fruuntur, ex nostra explicatione chorus se amplissimae illius vitae superiore tempore participem fuisse praedicat. Hartungius quidem, qui genitivum a verbo *ἀποφαίνεσθαι* rectum Graeco sermoni prorsus deroget, atque omnino dicendi genus magis audax insolitumque ex Aeschylo conjecturis removere studeat, etiam hanc genitivi explicationem respuet. Qui quum a genitivo substantivum, quocum conjungendus sit, requiri ducat, *ἐπεύθυνοι* duces in lectione *ἐπεύθυνον* nusquam alibi usurpatum latere conjicit, tum vocem *περσικά*, qua notissima insolita *πύργινα* mutata sit, restituendum ratiocinatur, denique pro *ἠδέ* praepositionem *κατά* illi conjecturae scilicet necessariam legendam esse concludit atque ita locum non emendat sed omnia susque deque habet. Sequatur, qui istam emendandi rationem probat.

Vers 861. Plurimi interpretes quum consentiant, dorismum *ἆγον* cum strophico *ἆρχε* optime congruere, Porsonum, qui ex scriptura vulgari *ἄγον ἐς οἴκους* praepositonem *ἔς* ut insiticiam removit, sequuntur; minor pars interpretum Ald., Rob. editionum auctoritatem secuta lectionem *ἄγον ἐς οἴκους* praeponendam esse censet. Equidem de Porsoni conjectura etiam recentissimis editoribus Hermanno, Hartungio probata vix dubitari posse judico. Nam quod objici possit, vocem *οἶκος* non nisi cum praepositione *ἔς* conjunctam hoc sensu apud Aeschylum legi, nihil valet, quum omnia exempla e diverbiis desumpta nihil nisi ejus usum in diverbio comprobent, ut Prom. v. 389: *σαφῶς μ᾽ ἐς οἶκον σὸς λόγος στέλλει πάλιν.*, Pers. v. 229: *εὖτ᾽ ἂν εἰς οἴκους μόλωμεν*, Eum. v. 450: *ἔφθιθ᾽ οὗτος οὐ καλῶς, μολὼν ἐς οἶκον*, quibus adde simile *ἐς δόμους* in Sept. v. 49: *μνημεῖά θ᾽ αὑτῶν τοῖς τεκοῦσιν ἐς δόμους πρὸς ἅρμ᾽ Ἀδράστου χερσὶν ἔστεφον.* Praeterea ita tantum metrum ad unguem restituitur et quod jam supra dixi, dorismus *ἆρχε χώρας ἆγον οἴκους* dorismo optime convenit.

Vers 862. Vulgo traditum *ποταμοῦ* reperimus, quod scholion per crasin cum sequenti *οὐδ᾽* in *ποταμοῦδ᾽* contractum et cod. R. c. per elisionem *ποταμ᾽ οὐδ᾽* scriptum praebet. Sed praeterquam quod ista synaloephe portentosa ferri nequit, metrum male neglectum est. Passovius autem, quippe qui veterum auctoritatem maxime veneretur, synaloephen jam a scholiasta reprehensam ita servat, ut potius synecphonesin, quae dicitur, *ποταμοῦ οὐδ᾽* esse velit et antistrophicam *πύργον* metri causa eliminandum esse censeat. At idem scholion, quod *ποταμοῦδ᾽* legit, *πύργον* in textu habuit ceterique omnes testes, quorum auctoritas nobis gravis esse debet, *πύργον* tradunt, quod insuper optimum praebet sensum, si cum Blomfieldio verba *ἐληλαμέναι πέρι* (sic scribendum) *πύργον* explices „muro cinctae; neque otiosi quid urbes muro cinctae h. l. habere videntur, sed muri ad urbes facilius imperio coercendas necessarii sunt. Itaque Passovius *πύργον* sine justa causa ejecit. De synecphonesi quidem Reisig. conject. in Aristoph. I. p. 309. conferri jubet; ille autem vir doctus nihil nisi quod jam scimus comprobat, certas tantum voces, ut *ἤ, μή, ἐγώ, ἐπεί* cum sequentibus vel longis vocalibus vel diphthongis synecphonesin apud Atticos inire. Quod Hartungius contra verba *ἐληλαμέ-*

ναι πέρι πύργον pugnat, quum dicat mirabiliter explicata esse: um Mauern herumgetrieben, mithin ummauert, rectum est, sed ei non in mentem venit, rem prorsus aliam esse anastrophe praepositionis *περί* adhibita. Conjectura igitur Pauwii *περίπυργοι*, quam cod. Par. c. lectione comprobari Hartungius falso affirmat, Hermannus, qui diligentius inspexit, in glossa ejusdem codicis *ὑψίπυργοι* latere posse non bene suspicatur, nullo pacto necessaria est. Jam ad vocem *ποταμοῦ*, unde orsus sum, redire licet. Quae quum metrum non expleat, conjectura opus est. Quid? *ποταμοῦ δή* pro *ποταμοῦ δέ* ab Aeschylo scriptum fuisse probabile videtur? Quod Blomfieldius existimat, h. l. in animo fuisse poetae notum illud oraculum Croeso datum, propositam conjecturam juvat; nam celeber ille fluvius particula *δή* majore vi expromitur, quem non transiisse Dario singularem laudem afferat. Hoc autem modo particula *δή* usurpata graeco sermone non aliena est, cf. Soph. Phil. v. 677: *τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διός Ἰξίονα κατ᾽ ἄμπυκα δή*. Hermanni quidem emendatio *ποταμοῖο* elegantissima summaque laude digna est, sed mea diligentius vestigia premit lectionis ab omnibus libris traditae.

Vers. 864. Lectionem *Ἀχελωΐδες* vulgatam (una Ald. et cod. R. L. *Ἀχελωΐδος* praebet) servandam esse cum Wellauero ceterisque interpretibus, qui uno excepto Hartungio sequuntur omnes, censeo, nec minus Wellauero assentior verba (*πόλεις*) *Στρυμονίου πελάγους Ἀχελωΐδες* vertenti „urbes ad Strymonium mare fluviales" explicantique, hic sermonem esse de iis urbibus, quae ad fluvium Strymonem adjacentes, ubi delatatus mare fere efficiat, non minus fluviales quam maritimae sint, ut urbes Stetinum, Hamburgum, aliae jure *Ἀχελωΐδες* vocari possunt. Nomen enim proprium *Ἀχελῷος* in significatum appellativum, quem grammatici dicunt, transiit, sed non tam ad mare quam ad fluvios relatum esse et de iis tantum, quae ad fluvios pertineant, adhiberi par est. Cujus rei gravissimum auctorem affert Schmitzius locum Artemidori geographi II., 38: *Ἀχελῷος δὲ τὸ αὐτὸ τοῖς ποταμοῖς καὶ παντὶ ποτιμῷ ὕδατι σημαίνει.* Idem et Hesychius comprobat vocem *Ἀχελῷος* explicans: *ποταμὸς Ἀρκαδίας καὶ πᾶν ὕδωρ* (videlicet fluviale) *οὕτως λέγεται*, et scholiastes qui interpretatur: *δίυγροι· Ἀχελῷον γὰρ πᾶν ὕδωρ λέγουσιν.* Contra ea quae Hartungius dicit, non tantum valent, ut vulgatam lectionem et explicationem labefactent. Nititur enim scholiastae cujuspiam glossa, quod genus hominum alias magis, quam aequum est, aspernatur, *παραθαλάσσιοι· ἀχελώη γὰρ τὸ ὕδωρ κατὰ γλῶσσαν*, contenditque nec *παραθαλάσσιοι* ad lemma *Ἀχελωΐδες* quadrare, sed hanc scholiasten aliud aliquid legisse, nec, quae interpretandi causa addidit, *ἀχελώη γάρ τὸ ὕδωρ κατὰ γλῶσσαν* ad *παραθαλάσσιοι* aptum esse sed tantum ad *δίυγροι*, vocem igitur quaerens inter synonyma glossae *παραθαλάσσιοι* in *ἁλιπλωΐδες* veluti genuinam Aeschyli scripturam incidit. Sed quae Hartungius ex verbis scholii concludit, quum vix effici possint, sed verisimile sit, istum glossatorem, quum vocem *Ἀχελῷος* a poetis pro aqua usurpari sciret, (*πόλεις*) *Ἀχελωΐδες* perperam aut certe parum diligenter interpretamento *παραθαλάσσιοι* explicavisse, tota viri docti ratiocinatio labefactatur nec vulgata lectio *Ἀχελωΐδες* infringitur nec Wellaueri explicatio redarguitur.

Vers. 865. *Θρῃκίων* recentiores omnes inde a Brunckio interpretes legunt pro *Θρηϊκίων*, quod codd. R. B. Cant. I. cum edd. principibus Ald., Rob. Turn. aliique fortasse testes praebent, Wellauerus autem formam epicam *Θρηϊκίων* in carmine tot similibus referto exquisitissimam ducit ac scripturae *Θρῃκίων* praeponit. Sed in forma *Θρηϊκίων* cum i adscripto, quod subscribere solemus, tantum priscorum exemplorum, quae a monachis descripta nostram aetatem viderunt, vestigia reperire possum, et de usu talium formarum epicarum omnino dicendum est, eas a poëtis atticis metro jubente promiscue adhibitas esse. Itaque melius videtur poetarum licentiam, quam sibi sumserunt, sequi et *Θρῃκίων* cum plurimis legere, quam synizeseos exempla praeter necessitatem accumulare.

Vers 868. Verbum *ευχόμεναι* a plurimis atque optimis codicibus traditum Blomfieldius in

ἀρχόμεναι mutavit; quem Hermannus, Meineckius, Hartungius secuti sunt, quod non debebant. Nam vulgare εὐχόμεναι facile defendi optimeque ferri potest. Dictum est enim εὐχόμεναι ornate pro simplici κείμεναι, qui usus etiamsi infinitivus aut accusativus non appositus est, quorum alterum Schmitzius desiderat, non minus ex Homericis carminibus fluxit, quam Apollonii Rhodii τίς χθὼν εὔχεται ἥδε*); ceterum in Homericis carminibus ipsis exempla verbi εὔχεσθαι sine infinitivo reperiuntur, ut in Odyss. XIV. 199: ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι εὐρειάων. Nonnulli interpretes, quod alia lectio praebet, αὐχόμεναι „superbientes", nusquam quidem repertum, sed ab αὐχή superbia eadem ratione derivatum atque εὔχομαι ab εὐχή et certe Aeschylo haud indignum receperunt.

Dispertitio membrorum inde a verbis ὅσσας δ' εἷλε sqq. vers. 862 usque ad Ἄνδρος ἀγχιγείτων vers. 874 ab aliis alia exigitur, unde interpungendi diversitas. Res et a vocabulo ὅσσας et a vocula αἵ vers. 866 et vers. 870 pendet, quorum illud sitne exclamatio an pronomen relativum, hoc sitne articulus praepositivus an postpositivus quaeritur. Aliquamdiu cum Hermanno faciebam, qui ὅσσας pronomen relativum et αἵ articulum postpositivum censens locum ita cohaerere vult: ὅσσας δ' εἷλε πόλεις — τοῦδ' ἄνακτος ἄϊον, quotquot expugnavit urbes — adjecit imperio, quibus verba Ἕλλας τ' ἀμφὶ πόρον sqq. usque ad Πόντου vers. 869 commate tantum diremta statim annectuntur, verba autem νᾶσοί θ' αἵ sqq. usque ad Ἄνδρος ἀγχιγείτων colo quidem dissociata, eodem tamen cum verbo ἄϊον conjuncta sequuntur. Sed hodie, quod Hermannus de ὅσσας exclamatione sentiebat, quum frigere diceret, id in ὅσσας pronomen relativum cadere judico. Adde quod ita articulum postpositivum sive pronomen relativum bis cum participio construere adigimur, et sententia, quum aequo longior periodus efficiatur, nescio quid tardi et languidi habet. Quae quum ita sint, ὅσσας exclamationem et voculam αἵ et vers. 866 et vers. 870 articulum accipio, qua re colo post voc. ἐπαύλων vers. 865 et commate post Πόντου vers. 869 posito sententia facile simpliciterque procedit.

Vers. 875. Voces ἀγχίαλος et μέσακτος, quamvis ab omnibus illa, haec ab optimis codicibus tradita sit, jam a multis viris doctis in quaestionem disceptationemque vocatae sunt et hodie quoque vocantur. Praecipue vox ἀγχίαλος et interpretando et conjiciendo tentata est, quum μέσακτος ad intelligendum minus difficilis visa sit, et justa quidem causa, nam illico quisquis tantum inspexit, quaerit, quid sibi velint insulae mari vicinae. Ii, qui explicationem vocis ἀγχίαλος desperaverunt, conjecturas proposuerunt, sic Pauwius ἀμφίαλος, quem ex recentioribus Hartungius sequitur, Botheus αἰγιάλους, εἰνιάλους quidam alius. Sunt etiam, qui vocem μεσάκτους rejiciendam esse censeant, ut Butlerus, qui non male μεσάγκους, Hartungius, qui parum eleganter ἀνάγκαις emendavit. Equidem in eorum partes discedo, qui non tam emendationi, quam interpretationi locum esse arbitrentur. Sed quum nulla mihi explicatio a viris doctis proposita placeat, rem ex integro aggredior. Vox ἀγχίαλος etiam in Homericis carminibus reperitur et quidem bis Il. lib. II. 640 et 697**) urbibus tribuitur; ubi enim tertium in Hymn. Apoll. vers. 32***) obvenit, dubium est, num de insula Peparetho an urbe ejusdem nominis in insula sita praedicetur. Si de urbibus tantum diceretur, facili negotio significationem vel „dem Meere nahe" vel „wo das Meer nahe ist" haberemus; sed quum etiam de insulis usurpetur, in summis versamur angustiis. Sic apud Aeschylum et Sophoclem epitheton ἀγχίαλος insulis

---

*) cf. Apoll. Rhod. 4, 1251.

**) Il. II. 640: Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον, 697: ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶν' ἠδὲ Πτέλεον λεχεποίην.

***) Hymn. Apoll. v. 23: Αἰγαί τ' Εἰρεσίαι τε καὶ ἀγχιάλη Πεπάρηθος.

tantum datur, apud Sophoclem uni Salamini Aj. v. 134*), apud Aeschylum h. l. duabus Lemno et Icaro; de urbibus cogitare, quod apud Sophoclem nonnemo fecit, nullo pacto licet. Quid igitur faciendum? Omnes fere interpretes ad Lobeckii doctissimi sententiam confugiunt. Intelligit enim ad l. l. ἀγχιάλους νήσους insulas a continenti terra non multum remotas, altero autem latere in apertum mare prospicientes. Id sane in nonnullas insularum epitheto ἀγχίαλος ornatarum quadrat, sed quomodo in ἀγχίαλος inesse possit, non liquet. Prorsus rejicienda videtur Schneidewinii translatio vocis ἀγχίαλος in Sophoclis Ajac. lectae „meernachbarlich", qua insulam prope (littus) in mari sitam significari vult. Ex recentioribus, quae Schmitzius credit, quum ἀγχίαλος et μέσακτος epitheta ornantia dicat, quibus vox νῆσος circumscribatur, et sicut ἀγχίαλος nihil aliud indicet, quam insulam quantum maxime mari vicinam, ita μέσακτος undique littoribus circumdatam terram esse, ex parte quidem non male excogitata nec nihil lucis voci ἀγχίαλος afferunt, sed omnino sunt reprobanda. Nam ornantia epitheta ἀγχίαλος et μέσακτος nullo modo esse possunt. Nam sicut in stroph. νᾶσοί θ' αἳ κατὰ πρῶν' ἅλιον περίκλυστοι τᾷδε γᾷ προσήμεναι, quibus αἱ ἀγχίαλοι, μέσακτοι Λῆμνος καὶ Ἴκαρος respondent, certae sunt insulae, ita etiam vocibus ἀγχίαλος et μέσακτος certarum insularum situs describitur; quas poeta designaverit, ex nexu patebit; certo enim ordine Aeschylus urbes et insulas Darii potestati subjectas enumerat. Orditur a Strymonio pelago urbibusque ad Strymonis ostia sitis, deinde oppida extra id pelagus in regione finitima Thraciae mediterranea refert. Strymonium enim pelagus vel borealem maris Aegaei inter Chalcidicen et Chersonesum Thracicam partem voce λίμνη vers. 866 dici per se clarum est, quodque Hartungius contendit, Pontum Euxinum intelligendum esse, vix probaveris. Nam primum verisimile est, mero λίμνη alio indicio addito nullo mare paullo ante memoratum designari; deinde Hartungio ad suam sententiam firmandam conjectura ἔντοθεν opus est, quam quidem ex scholiasta sequi dicit, qui verba λίμνας τ' ἔκτοθεν sqq. de Persico imperio ad Hyperboreos usque pertinente intelligat, sed scholion ab Hartungio laudatum quum non verbis λίμνας τ' ἔκτοθεν sqq., sed verbis Στρυμονίου πελάγους appositum sit, eo conjectura niti non potest; huc adde, quod Hartungii sententia certus ille ordo interrumpitur. Urbes altero loco positas Hellesponto adjacentes, tum circa Propontidem sitae, tum Bospori Thracici urbes sequuntur. Sic ad pontum Euxinum progressus ad mare Aegaeum poeta redit, ac jam insulas enumerat, ita tamen ordine coeli plagarum observato, ut a septemtrionibus ordiatur. Primum littori Asiae minoris occidentali adjacentes Lesbum, Samum, Chium nuncupat, quae, inquit poeta, κατὰ πρῶν' ἅλιον singulae sub singulis promontoriis τᾷδε γᾷ προσήμεναι huic terrae, i. e. Asiae minori adjacent. Hac enim ratione verba κατὰ πρῶν' ἅλιον explicanda esse, Hartungio libenter concedo; priusquam viri docti editio cognita mihi erat, totam Asiae minoris oram ad occidentem vergentem, quae complures peninsulas scopulorum instar in mare procurrentes ostendat, verbis πρῶν' ἅλιον dictam esse credebam, sed Hartungii ex sententia insularum situs melius definitur. Atque etiam certius hae insulae verbis τᾷδε γᾷ προσήμεναι, ut supra explicavi, definiuntur, quae Hartungium non proprio sensu „huic terrae adjacentes," sed tropico „huic terrae adjectas (zugehörend)" intelligere valde miror. Nam, quod vir doctus contendit, verbis τᾷδε γᾷ προσήμεναι pro Graecorum dicendi ratione Persiam significari, non tolli, sed chorum superbia elatum totam Asiam Persiam**) vocare, vel, quod verisimilius est, Europae ut opponat, Asiam τήνδε γῆν appellare dicere liceat. Id insulis post Asiae ad littus adjacentes enumeratis, quum Europae ad oram adjaceant, prorsus evincitur; sequuntur enim Parus, Naxus, Myconus, Tenus, Andrus. Tertio loco

†) Soph. Aj. v. 134: τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου.
**) cf. v. 909, ubi chorus similiter pro Persia totam Asiam ponit.

insulae in medio mari Aegaeo sitae Lemnus et Icarus enumerantur, quem situm adjectivis ἀγχίαλος et μέσακτος describere poetam affirmaverim. Tandem enim ad eam rem perveni, quam hoc capite imprimis mihi sumsi interpretandam, ad sensum vocc. ἀγχίαλος et μέσακτος. Jam ordinem urbium et insularum relatarum porro demonstrare negligens, qui quidem aptissime conficitur, vocum ἀγχίαλος et μέσακτος significationem aggredior. Quod modo dixi, adjectivis ἀγχίαλος et μέσακτος insularum Lemni et Icari situm descriptum esse, id voce μέσακτος „inter media littora situs" facile comprobatur, qua insulas inter Europae et Asiae littora jacentes denotari manifestum est. Ita μέσακτος etiam ab aliis explicatum reperitur, sed eidem rei non minus ἀγχίαλος inservit; qua ratione videbimus, ut primum, quod Schmitzius de hac voce senserit, quum non nihil lucis afferre supra dixi, accuratius consideraverimus. Existimat enim vir doctus voce ἀγχίαλος nihil aliud indicari, quam insulam quantum maxime mari vicinam; rectum est, si quidem Schmitzium recte intelligo. Nam ut terra, quae uno tantum latere mare attingit, mari vicina appellatur, ita etiam insula omnibus lateribus mare attingens „mari vicina" poetice dici potest, ut omnino Schmitzius recte judicet, epitheto ἀγχίαλος vocem νῆσον tantum circumscribi; quod non item in μέσακτος quadrat. Qua ratione vox ἀγχίαλος loco Sophocleo et Gemin. in Anthol. IV. p. 299 H. St.*) Salamini insulae data, a Q. Calabr. XIII. p. 476.**) Tenedo tributa explicari potest, sed h. l. res est alia. Quum enim antea insulae „terrae" vicinae enumeratae sint, jam iis contrariae „mari", i. e. alto mari vicinae, medio igitur in mari sitae opponuntur. Ejusmodi significationem vocis ἀγχίαλος ille, qui εἰνίαλος conjecit, optavisse videtur. Sic etiam vox ἀγχίαλος pariter ac μέσακτος Lemni et Icari insularum situi definiendo inservit, ut Aeschyli locus „καὶ τὰς ἀγχιάλους ἐκράτυνε μεσάκτους" intelligendus vertendusque sit: Et medio in mari inter (Europae et Asiae) littora sitas domuit Lemnum et Icarum.

Vers. 876. Brevibus notandum est, Langeum et Pinzgerum immerito vulgatam lectionem Ἰκάρου θ' ἕδος aspernatos exquisitius ἕλος praeposuisse, quum codd. auctoritas et sensus ἕδος postulent. Cui enim persuadeatur, vocem ἕλος insulas per mare Icarium dispersas et paludis speciem praebentes significare? Nec meliore jure contendunt, omnium mari Icario comprehensarum insularum mentionem requiri, quippe quae omnes Dario paruerint; nonnullae enim etiam aliae insulae, quantumvis Darius subjectas tenuerit, praetermissae et consulto quidem videntur, quum maximas tantum opulentissimasque nominare poeta satis haberet. Accedunt exempla, quae Ἰκάρου ἕδος prorsus comprobant, haec permulta: Il. lib. IV. 406: ἡμεῖς καὶ Θήβης ἕδος εἵλομεν ἑπταπύλοιο, Od. lib. XIII. 344: ἀλλ' ἄγε τοι δείξω Ἰθάκης ἕδος, Pind. ol. II. 12: ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας, ἕδος Ὀλύμπου νέμων, Aesch. Prom. v. 409: ὁπόσοι τ' ἔποικον ἁγνᾶς Ἀσίας ἕδος νέμονται, Eurip. Iph. Aul. v. 1527: καὶ δολόεντα Τροίας ἕδος.

Vers. 880—885. Scriptura Ἰόνιον quamvis vulgo tradita, nisi quod cod. Lips. 2. Ἰώνιον praebet, tamen cum Hermanno et Lachmanno syst. chor. tragic. p. 51 in Ἰαόνιον mutanda est. Nam quis in carmine dactylico formam Homericam Aeschylo ubique usurpatam praeferre dubitet? Semper enim Aeschylus Persas Graecos Jonum nomine dicentes forma Homerica utentes facit. In versu sequenti pro Ἑλλάνων, ad quod Faehsius Ἑλλάνων γρ. καὶ ἐλάνων ἐλαύγων ἤγουν πορθῶν ex Paris. B. affert, haud dubie ἐλαύνων a codd. G. Cantabr. 2. Paris. F. K. Rob. traditum scribendum esse, Hermanno paene omnes viri docti astipulantur. Clarissime enim verbis κατὰ κλῆρον Ἰαόνιον etiam omisso Ἑλλάνων Graeci oram Asiae minoris habitantes indicantur, quum addito Ἑλλάνων dictio frigere videatur.

---

*) Gemin. in Anth. IV. p. 299 H. St.: ὑβρίζων Μαραθῶνος καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος ἔργα.

**) Q. Calabr. XIII. p. 475: ἀγχίαλον Τενέδοιο.

At jam Schmitzius monuit, verba τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον Ἰαόνιον πολυάνδρους Ἑλλάνων non intelligenda esse: (urbes) per agrum Jonium divites et frequentes Graecorum, sed voce Ἑλλάνων cum πολυάνδρους arcte conjuncta: (urbes) per agrum Jonium divites et Graecis frequentes, itaque vocem Ἑλλάνων minime frigere. Huc adde argumentum a Schmitzio neglectum, quod Graeci expresse nominati verbis ἐκράτυνε σφετέραις φρεσίν magnam gravitatem afferunt; majori enim laudi fuisse Graecos illos opulentissimas frequentissimasque urbes incolentes quam barbaros imperio coercere, probari non debet. Itaque ego quoque nihil causae video, cur vulgata lectio Ἑλλάνων cum Hermanno relicta sit. Libenter autem assentior Hermanno sequens verbum ἐκράτυνε in ejusdem rei continuata expositione male repetitum (cf. v. 875.) in ἐκράτει mutanti, quod insuper metris Epodi dactylicis magis convenit. Miror, quod Hartungium vox σφετέραις offendit, quae quum propter antecedentem sententiam tum imprimis propter sequentem maxime necessaria est. Nam σφέτεραι φρένες, ἴδιος λογισμός, ut scholiastes recte explicavit, sequenti ἀκαμάτῳ σθένει ἀνδρῶν τευχηστήρων παμμίκτων τ᾽ ἐπικούρων, quibus in regendis Graecorum urbibus adjuvabatur, oppositae sunt. Conjectura igitur Hartungii ὀχυραῖς pro σφετέραις non opus est. A verbis νῦν δέ vers. 884 chorus superioris fortunae praedicatione missa ad luctum praesentis miseriae descendit; quae quo major est ad priorem sub Dario felicitatem, eo gravior particula adversativa postulatur, id quod particula δέ sequenti αὖ aucta (aber hingegen) exprimitur. Quum res ita se habeat, particulam αὖ Hermannus rejicere non debebat; mutavit enim verba αὖ φέρομεν in ἀμφέρομεν. In eodem versu Hermannus pro θεόπρεπτα lectione a M. Lips. Ven. B. Cantabr. I. Ald. et fortasse etiam a Rob. (habet θεόπεπτα) tradita alteram θεότρεπτα codicum quidem auctoritate non carentem recipiendam arbitratur, nec dubitandum est, quin, quod Hartungius negat, verba θεότρεπτα τάδε, ut scholiastes explicat „ὑπὸ θεῶν ἐνεχθέντα καὶ θεοῖς δόξαντα vel alius etiam melius „τὰς ἐπελθούσας ἡμῖν συμφορὰς τὰς ἐκ θεοῦ τραπείσας πρὸς ἡμᾶς“, optimum sensum praebeant, sed prior lectio θεόπρεπτα, quam Hartungius anteposuit, non ita spernenda videtur, ut, quod Hermannus fecit, consideratione indigna habeatur. Nam accita verbi πρέπειν significatione „prodigi, portendi“, accito adjectivo verbali „πρεπτός“, accito vocabulo derivato θεοπρόπος, quod etiam transitiva verbi πρέπειν vi nititur, θεόπρεπτος inter vocabula ab Aeschylo inventa referri possit, intellectu nostra lingua expresso „von den Göttern zur Erscheinung gebracht“, vel liberius „gefügt, gesandt“, ut scholiastarum unius interpretatio θεόπεμπτα exstat. Tandem ad ultimum Epodi versum progressus inter lectionem πλαγαῖσι ποντίαισι, quam plurimi codices tradunt, et πλαγαῖσί τε ποντίαισι non magna auctoritate nixam ambigi video. Facile tamen intelligi potest, lectionem sine τέ apposito praestare; nam et metro, quod pro calamitatis narratae gravitate trochaeis melius finitur, magis convenit, quod quidem Brunckius, Schuetzius, Blomfieldius, Botheus conjectura πλαγαῖς τε efficere voluerunt, et a sensu non modo non respuitur, sed comprobatur, quum verba πλαγαῖσι ποντίαισι voc. antecedentis πολέμοισι sint epexegesis.

Vers. 891 et 892. Sunt interpretes, ut Schuetzius et Blomfieldius, qui glossemate in codice G. vulgatae lectioni ἐμῶν superscripto perducti ἐμοί legendum esse censuerunt. Causa, qua cogi sibi videbantur, est, quod sequens participium ἐσιδόντ᾽ necessario pro dativo habendum esse putabant, interpunctione post ἀστῶν posita; non igitur veriti sunt ι dativi elisione deletum statuere et optimo quidem jure, quum regula de ι dativi non elidendo a Wakefieldio primo proposita ac multis postea viris doctis, ut Lobeckio ad Soph. Aj. vers. 801, Elmslej. ad Eurip. Heracl. vers. 693, aliis probata vera non sit. Atqui nihil quidem cogit ἐσιδόντ᾽ dativum putare; recte enim monet Schmitzius, participium in alio casu ac substantivum aut pronomen, ad quod referendum est, inveniri, atque h. l. accusativum participii ἐσιδόντ᾽ cum praecedenti ἐμοί, quod ipse lectioni vulgari ἐμῶν praefert, conjungi

posse:*) sed nec vulgata scriptura ἐμῶν rejicienda et forma ἐσιδόντ' accusativus accipienda est, qui iisdem exemplis, quibus accusativus participii cum dativo pronominis personalis conjunctus explicatur! Pendet enim non ex genitivo ἐμῶν γυίων, sed pro Graecorum celeri atque audaci ratione dicendi ex verbo activo in λέλυται ἐμῶν γυίων ῥώμη latente; simile exemplum habes in Eurip. Heracl. v. 691: ὡς μὴ μενοῦντα τἄλλα σοι λέγειν πάρα. cf. Matth. Gramm. major. §. 556. not. 3. Sunt qui post ῥώμη interpungentes sequentibus in unum comprehensis participium ἐσιδόντ' ad κἀμέ relatum ab εἴθ' ὄφελεν pendere velint, at ita verba τήνδ' ἡλικίαν ἐσιδόντ' ἀστῶν male a praecedenti dipod. anap. dirimerentur et interjectio εἴθ' ὄφελε, Ζεῦ media in sententia posita valde attenuaretur. Hartungius facili negotio ἐσιδόντ' in ἐσιδεῖν mutavit, quod simpliciter ex verbis λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη penderet, at difficilior structura ad permotissimum Xerxis animum aptior est. Praeterea confer Passovium, qui ad h. l. exempla collegit, quibus pronomen adjectivum h. l. elegantius esse quam personale ostendit.

In structurae ratione nihil mutaretur, etiamsi, quae Hermanni sententia est, post vers. 892 lacuna putata nonnulla inserenda essent. Quum enim Athen. l. III. p. 86 B vocabulum ex Aeschyli Persis, in textu qui exstat non lectum, afferat: Αἰσχύλος δέ ἐν Πέρσαις τίς ἀνήρει τοὺς νήσους νηριτοτρόφους εἴρηκει (putat Hermannus scripsisse Athenaeum Αἰσχύλος δ' ἐν Πέρσαις τὰς νήσους νηριτοτρόφους εἴρηκεν), Hermannus quaerens, ubi hoc vocabulum exciderit, h. l. inseruit, quod reliquum putat ex iis, quae perierint; periisse autem haec vult:

τὰς ἀμφιρύτους ἢ περὶ νήσους — νηριτοτρόφους ἀπόλωλεν.

At neque hac ratione insertum vocabulum νηριτοτρόφος, neque ut priore tempore inseruit:

εἴθ' ὄφελε, Ζεῦ, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν — τῶν οἰχομένων
περί που νήσους νηριτοτρόφους — θανάτου κατὰ μοῖρα καλύψαι,

probari potest. Nam si post vers. 892 insereretur, ἡλικία de Persarum juventute in Graecia occisa intelligenda esset, quum chorum dici ex nexu pateat, si post vers. 896, Xerxes in miserrima condicione locum infortunii insulis νηριτοτρόφοι vocatis designans valde frigeret. Quae quum difficultates aliaeque multae exsisterent**), si νηριτοτρόφος secundum Hermanni sententiam reciperetur, neque alio loco commode inseri possit neque usquam omnino desideretur, sed Athenaeus, qui saepe nomina confuderit, l. l. Aeschyli Persas afferens errasse existimandus sit, textum non cum Hermanno mutilum, sed cum recentissimis omnibus qui Aeschylum et interpretati sunt et ediderunt, integrum esse censeo.

Vers. 902—910. Vox γᾶ cum sequenti particula δέ solummodo ferri potest; nonnulli codd. γαῖα praebent. Ajectivum sequens vulgo lectum optimum sensum efficit, miror tamen, quod interpretes alteram lectionem ἐκγαίαν in scholio „ἢ οὕτως, ἡ γῆ ἡμῶν τὴν ἔξω τῆς γῆς ἥβην σεσαγμένην ὑπὸ τοῦ ᾅδου καὶ διὰ τὸν Ξέρξην κταμένην αἰάζει" haud dubie latentem ac vulgari fortasse exquisitiorem prorsus omiserunt. In sequentibus inde ab ἥβην usque ad Περσᾶν, quum valde corrupta sint, codd. auctoritatem vehementer desideramus; ad solum igitur rerum nexum applicari judicium necesse est. Hermannus locum ita legit:

ἥβαν Ξέρξᾳ κταμέναν, Ἅιδου — σακτόρι Περσᾶν,

cujus in explicatione, quam de verbis Ἅιδου σακτόρι Περσᾶν proposuit „(ἥβαν) κταμέναν Ξέρξᾳ, Ἅιδου σακτόρι Περσᾶν, i. e. τὸν Ἅιδην σάττοντι Περσᾶν vel Πέρσαις, occisam a Xerxe, orcum Persis implente

---

*) cf. Choeph. v. 405: πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ τόνδε κλύουσαν οἶκτον.
Soph. El. 479: ὕπεστί μοι θράσος, ἀδυπνόων κλύουσαν sqq.
Eurip. El. v. 1251: οὐ γάρ ἔστι σοι πόλιν τήνδ' ἐμβατεύειν, μητέρα κτείναντα σήν.

**) vid. Schmitzii progr. pag. 10 sq., cui quae de hac re dixit in universum astipulor.

2

acquiescendum esse, mox liquebit. Haec et per se et ex sententiarum nexu bona sunt. Langeus quidem et Pinzgerus chorum regem praesentem tam vehementer accusare non potuisse recte dicunt; at ne accusat quidem, non enim ipsum chorum his opprobriis Xerxem excipere, sed quid cives de rege judicent exponere, Hermannus optime monet. Emendatio igitur Langei et Pinzgeri Ξέρξα vocativus non opus est. Quam si acciperemus, etiam in aliam graviorem difficultatem incideremus. Nam verba Ἅιδου σακτόρι Περσᾶν ita non ad Xerxem, sed ad substantivum supplendum, haud dubie Martem, qui orcum incolis replere non inepte dicatur, relata quum universe dicta essent, additamentum Περσᾶν omnino non ferrent. Quas ad difficultates vitandas Hartungius pro Ξέρξᾳ, quem domesticae juventutis interfectorem a choro increpari tolerari non posset, Ἄρει conjecit, quod ex scholio „ᾅδου σακτόρι, Ἄρει δι' οὗ πληροῦται ὁ Ἅιδης νεκρῶν" necessario sequi ducebat, et Περσᾶν puncto post σακτόρι posito ad sequentia traxit. At ex isto scholio colligi vix possit, scholiastam Ἄρει κταμέναν, Ἅιδου σακτόρι legisse, quum ita Ἄρει non post σακτόρι, sed ante ᾅδου scripsisset; potius ex loco vocabuli Ἄρει post σακτόρι positi clarum est, scholiastam, quum fortasse Ξέρξα vocativum legeret, vocabulum Ἄρει ut interpretamentum ᾅδου σακτόρι addidisse. Sunt qui, ut Dindorfius, Περσᾶν a σακτόρι commate sejunctum cum ἥβαν conjunxerint; ita tamen valde contorta structura efficitur. Jam restat Lachmanni, quique secuti sunt, ratio, qua omnes difficultates sublatae videantur. Is enim dativum Ξέρξᾳ probans verba γᾶ δ' αἰάζει usque ad αἰαῖ αἰαῖ κεδνᾶς ἀλκᾶς, quae choro assignari solent, Xerxi tribuit. At primum repugnat particula δέ vers. 902, quae verba γᾶ δ' αἰάζει sqq. praecedentibus arcte conjungere cogit; item vers. 909 particula δέ nonnisi arcte cum praecedentibus conjuncta ferri potest. Haec quidem difficultas tolleretur, si etiam antecedens vers. 909 choro deputaretur, sed omnino versibus 902 usque ad ἐξέφθινται choro datis versum 908 vel 909 Xerxi, sequentes autem rursus choro tribuere Hermannus quae opponit, prohibent, quum dicat: (Xerxes) si choro his verbis αἰαῖ αἰαῖ κεδνᾶς ἀλκᾶς responderet, non solum quasi obiter ordiretur colloquium, cujus grave et dignum faciendum erat initium, sed etiam vers. 911 non posset dicere ὅδ' ἐγών, quia haec verba, quae aperte initium sunt colloquii, inepta forent, si jam collocutus cum choro fuisset. Quae quam ita sint, non modo vers. 908 αἰαῖ αἰαῖ κεδνᾶς ἀλκᾶς, sed totum systema a vers. 902 usque ad 910 non Xerxi, sed choro deferendum esse cum Hermanno censeo. Systema ipsum quum dorica dialecto scriptum sit, Proodum esse longioris carminis, quo fabula clauditur, per se intelligitur. Restat, ut de vocabulis Ἀγδαβάται et φύσις, quae vulgo leguntur, deque sententiarum connexu quaeram. Chorus postquam Xerxem revertentem regem floris virorum allocutus est, quos scilicet deus exstinxerit, dicere pergit, quomodo terra hac clade affecta sit, ac primum quidem, quid praecipue Persae sentiant (a vers. 902 ad 908), deinde, id quod ex particula δέ iterata pariter ac vers. 902 ad antecedentem regis allocutionem pertinenti cognosci potest, totum imperium quid sentiat quaque condicione utatur, exponit. Post priorem enuntiationem causam inserit, cur Persae de juventute lamententur, Ἀγδαβάται γάρ sqq. ad vers. 908, duabus enuntiationibus per particulam γάρ relatam. Versibus autem 903 ad 908 praecipue Persas dici, non magis ipsorum Persarum (Περσᾶν) mentio, quam epitheton τοξοδάμαντες demonstrat. Sed eidem rei voces Ἀγδαβάται et φύσις inserviunt, neque Heathii conjectura ἱπποβάται egemus, quae rerum nexui conveniens, tamen ob desideratam ad τοξοδάμαντες conjunctionem ferri nequit et si cum Hartungio refeceris „Περσᾶν ἱπποβάται γάρ — πολλοὶ φῶτες, χώρας ἄνθος, — τοξοδάμαντές τ' ἀνυπέκφυκτοι", ob enumerationem Persici exercitus partium valde frigebit,neque Blomfieldii Ἀθάνατοι pro Ἀδαβάται longius petiti requiruntur. Hermanni autem conjectura ᾀδοβάται pro Ἀγδαβάται quamvis ingeniosa ac similibus ᾀδοφοῖται et ἐρεβοφοῖτις commendata, quum incertior et infinitior sit, nexu respuitur. Ipsa vox Ἀγδαβάται nihil nisi aliud nomen Persarum esse videtur, quod auctor schol. ἔθνος Περσῶν perperam intellexit. Ita invenisse mihi videor, quod Passovius quaesivit, quum ad h. l. dicat: si vitio laborant Ἀγδαβάται, quod secus esse videtur, certe aliud quid subest, quod erui posse desperamus. Vox autem φύσις pro ἔκφυσις, γονή, ut schol. explicat, posita nimirum Persicae terrae progeniem ac fere idem denotat, quod ἥβα ἐγγαία, tantum magis universe expressa.

Scribebam Cossalini d. XXVI. m. Martii a. MDCCCLIX.

Dr. Kupfer.

Schulnachrichten

über

das Schuljahr von Ostern 1858 bis Ostern 1859.

I. Lehrverfassung.

PRIMA.

Zweijähriger Cursus, Ordinarius der Klasse: der Director.

1) Religion. 2 St. Die christliche Lehre, Artikel 1 und 2 nach Petri's Lehrbuch der Religion. Zur Controle der Repetition und der Prüfung des Verständnisses zuweilen extemporelle Arbeiten. Das Ev. Matthäi und der Brief an die Eph. wurden von den Schülern privatim gelesen und in der Klasse kurz besprochen. Der Director.

2) Deutsch. 3 St. Geschichte der ältern deutschen Literatur bis auf Luther. Lectüre von Lessing's Laokoon (Schluss), dann von mittelhochdeutschen Gedichten nach Weinhold's Lesebuch, verbunden mit einem kurzen Abriss der mittelhochdeutschen Formenlehre. — Uebungen im Disponiren. — Freie Vorträge. — Aufsätze (monatlich einer). Der Director.

3) Latein. 8 St. Lectüre (prosaische und poëtische wechselnd): Cic. Brut., Tacit. Annal. XV und XVI., Horat. Od. I. II und Satiren (mit Auswahl) 6 St. Einzelne Oden wurden memorirt. — Privatlectüre: Cic. in Verr. l. V., Liv. l. XXIII. u. XXIV. — Aufsätze (monatlich einer), Exercitien und Extemporalien. 2 St. Der Director.

4) Griechisch. 6 St. Lectüre (prosaische und poëtische wechselnd): Soph. Antig., Demosth. Olynth. I.—III., Phil. I. II. de Pace, de Chers., Phil. III., Hom. Il. I—XII. 5 St. Stücke der poët. Lectüre wurden memorirt. — Grammatik nach Krüger § 66—69: Von den aklitischen Redetheilen. — Mündliche Uebersetzungen aus Rost und Wüstemann's Anleitung Curs. 4. Exercitien und Extemporalien (alle 14 Tage). 1 St. Prof. Dr. Hennicke.

5) Französisch. 2 St. Lectüre: Capefigue histoire de Charlemagne, dann Schütz, franz. Lesebuch. 1 St. — Exercitien und Extemporalien (alle 3 Wochen eine Arbeit), Versuche von Aufsätzen von den Geübteren, Repetitionen aus der Grammatik nach Plötz. 1 St. Gymnasiallehrer Dr. Zelle.

6) Hebräisch. 2 St. Lectüre: II Sam. mit Ueberschlagung einiger Capitel, 20. Psalmen; Abschnitte aus Jesaias. — Grammatik nach Gesenius. Repetition der Formenlehre. Syntax des Nomen. Monatlich eine schriftl. Analyse. Subrector Dr. Hüser.

7) Geschichte und Geographie. 3 St. Neuere Geschichte bis 1815 nach Dietsch's Grundriss; beiläufig Repetition der neusten Geographie von Afrika, Indien, Amerika und mehreren Europäischen Ländern nach Daniel's Lehrbuch. Prof. Dr. Grieben.

8) Mathematik. 4 St. Im S. Stereometrie nach Kambly. Im W. Repetition der gesammten Planimetrie. Uebung in der wissenschaftlichen Behandlung geometrischer Aufgaben. — Uebungsaufgaben aus allen Theilen der Mathematik (alle 14 Tage eine Arbeit). Gymnasiallehrer Dr. Tägert.

9) Physik. 2 St. Statik und Mechanik fester, flüssiger und luftförmiger Körper nach Trappe's Physik. Dr. Tägert.

SECUNDA.

Cursus zweijährig, Ordinarius der Klasse: Prof. Dr. Grieben.

1) Religion. 2 St. Die Apostelgeschichte und die in die Zeit derselben fallenden Paulinischen Briefe nach ihrem Hauptinhalte und mit Erklärung der schwierigern Stellen. Schriftliche Arbeiten wie in Prima. Der Director.

2) Deutsch. 2 St. Lectüre von Schiller's Iphigenia i. A. und Jungfrau von Orleans, Lessing's Philotas und kleineren Dichtungen von Schiller u. a. Freie, meist historische Vorträge. Prof. Dr. Grieben.

3) Latein. 10 St. Lectüre: Cic. p. Rosc. A., Phil. II., Liv. I. II. und III. 4 St. Virgil. einige Eklogen und Abschnitte aus den Georg., dann Aen. I. II. 2 St. — Privatlectüre aus Cic. epp. sel. ed. Dietsch P. II. — Grammatik und repetitorische Uebersicht der Formen- und Satzlehre mit Ergänzungen bis zu den relativen Sätzen nach der vom Lehrer selbst entworfenen tabellarischen Uebersicht. 1 St. — Mündliche Uebersetzungen aus Süpfle's Aufgaben Th. I. 1 St. — Exercitien und Extemporalien (wöchentlich eine Arbeit) und von den Geübteren Aufsätze. 2 St. Prof. Dr. Grieben.

4) Griechisch. 6 St. Lectüre (pros. u. poët. wechselnd): Plutarch. Them. u. Pericl., Hom. Od. XXIII. XXIV. I – IX., Herodot. I. IX. 4 St. Abschnitte aus Homer wurden memorirt — Grammatik nach Krüger § 52 — 56. Vom Verbum. 1 St. — Mündliche Uebersetzungen aus Rost und Wüstemann Curs. III. und IV. Exercitien und Extemporalien (wöchentlich eine Arbeit). 1 St. Im S. Dr. Häckermann, im W. Prof. Dr. Hennicke.

5) Französisch. 2 St. Lectüre: Nouvelles pittoresques, dann Schütz französ. Lesebuch. 1 St. — Grammatik nach Plötz Th. II., § 70—78. Syntax d. Pron., Verb., Conjunctionen. Exercitien und Extemporalien (alle 3 Wochen eine Arbeit). 1 St. Dr. Zelle.

6) Hebräisch. 2 St. Lectüre von Abschnitten der Genesis. — Grammatik nach Gesenius § 1—103. Elementar- und Formenlehre. — Paradigmatische Uebungen und Analysen. Dr. Hüser.

7) Geschichte und Geographie. 3 St. Orientalische und griechische Geschichte bis zur Zerstörung von Korinth und Gründung der Diadochen-Reiche nach Dietsch's Grundriss. Die entsprechende alte Geographie mit Rücksichtnahme auf die neuere. Prof. Dr. Grieben.

8) Mathematik. 4 St. Im S. Die Lehre von den Proportionen, von der Aehnlichkeit der Figuren. Beendigung der Kreislehre. Flächenberechnung geradliniger Figuren und des Kreises. Geometr. Aufgaben. Grundbegriffe der Stereometrie. Im W. Gleichungen des 1sten und 2ten Grades mit einer und mit mehreren Unbekannten, Logarithmen, Reihen, Zinseszins- und Rentenrechnung; algebraische Aufgaben. Dr. Tägert.

9) Physik. 1 St. Physikalische Grundbegriffe. Von den allgemeinen Eigenschaften der Materie. Reibungselectricität nach Trappe's Physik. Dr. Tägert.

OBERTERTIA.

Cursus einjährig; Ordinarius der Klasse: Prof. Dr. Hennicke.

1) Religion. 2 St. Geschichte des Reiches Gottes im alten Bunde. Wiederholung des Katechismus, Erlernen von Bibelsprüchen. Prof. Dr. Hennicke.

2) Deutsch. 2 St. Erklärung von Gedichten nach Inhalt und Form. — Aufsätze (alle 3 Wochen) und Declamationen. Dr. Zelle.

3) Latein. 10 St. Lectüre: Curtius l. III — IV. 4 St. Prof. Hennicke. Caes. de b. g. l. VI—VII. 1 St. Ovid. Met. X – XII. (mit Auswahl), Memoriren von Ovidversen, Uebungen im Componiren von Versen. 2 St. Dr. Zelle. — Grammatik nach Putsche § 81—151. Die Lehre von den Temporibus und Modis. 1 St. — Mündliche Uebersetzungen aus Süpfle Th. II. 1 St. — Exercitien und Extemporalien (wöchentlich wechselnd) 1 St. Prof. Dr. Hennicke.

